

M0007907: Fabricius Hildanus: Opera quae extant omnia, (1646), page 483

Publication/Creation

11 June 1941

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ysx6nedm>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.


**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

86. si non superet (in omnibus enim operationibus, ut sapissimè ex me intellexisti, peccus quantum fieri potest, liberum esse debet, ne respiratio impediatur) & H. vix sextam partem Metaphreni pertingat; annulis C. C. notatis inferendæ, & quàm validissimè annectenæ sunt extremitates fasciæ, ita quidem, ut ægrum retineant, quò minus deorsum inclinet. Ita adaptatâ fasciâ, capsula aperienda. Asseresq; ad latera deprimendi sunt, & cingulum superius adumbratum, circa talum injiciendum, laqueus quinetiam sub planta pedis conjungendus est. Non usque adeò tamen necesse est, uti instrumento trochleato (ulteriore enim extensione opus non est) sed sufficet, si minister unus dextra funem cinguli, sinistra v. calcem pedemque apprehenderit, & levaverit. Id autem ut æquabiliter fieri possit, alius minister, qui femur circa coxam ambabus manibus apprehendat parùmque attollat, constituendus est. Hoc modo nonnihil in altum elevato crure, celeriter mutanda ac renovanda sunt emplastra, reliquaque omnia, inuncto tamen prius crure. Sed prospiciendum est, ut prædictum instrumentum & fetulæ diligenter circumponantur, & crus in ca-

psulam suam denuò rectè ponatur, ut antea satis superq; dictam. Cingulo autem in secunda & subsequenti deligationibus fracturæ, propterea utor, ut ejus subsidio minister facilè & sine labore retineat partem affectam, ne in hanc vel illam partem vacillet. Nonnunquam instrumentum trochleatum quoque apposui, sine ulla tamen extensione, sed in cum tantummodò finem, ne muscoli versus originem trahentes, os ex situ suo removerent. Hæc de fractura ossis femoris, ejusdemque repositione, & quomodo in situ naturali retineri possit, ne crus brevius fiat. Vnum adhuc de præstantia Instrumenti trochleati & Remoræ addam, videlicet ipsius usum in repositione scapulæ, in quâ ambo commodissima esse, aliquoties expertus sum. Quocumque enim modo loco dimotum fuerit caput humeri, horum Instrumentorum beneficio, nisi dislocatio fuerit antiqua, facilè ipsum repones, si Remoram cum suo globulo ferreo, ejus magnitudinis, *ut in sequenti figura sub litera A depictus est*, in tabulam aut scamnum commodum infixeris, ægrumque collocaveris, ut mox dicam. *Ipsa Remora, globulo subiecta, litera B. notatur.*

Obs. 36.



Globulus autem telâ involvendus est, uti etiam Remora. Deinde ægrum in dorsum collocabis, & ad Remoram ita adaptabis, ut globulus instrumenti atq; cavitatem repleat. Appositâ præterea cingulo, cum suis hamulis & laqueo, ad carpum annectendum est trochleatum instru-